



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 109. Hispana, atque Anglicana classis tempestatum furore dispersa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

necnon Abovienses regi suo fideles per-
fistebant. ac Revalienses ad defectionem
scripto sollicitati, Caroli literas nullo
dato responso ad Sigismundum Regem
transmittebant. *Hi nimirum, inquit
Spondanus Apamiensis Episcopus, olim
Calvinista, sunt fructus novi istius Evan-
gelii, rebelliones, & seditiones suadentis.*

Sæcul. XVI.
A.G.1597.

§. CIX.

*Hispana, atque Anglica classis tempe-
statum furore dispersa.*

Nihil antiquius erat Philippo II. Hi-
spaniarum Regi, quam ut Catholi-
cos ab hæreticis graviter oppressos po-
tenti auxilio adjuvaret: eapropter de
pace cum Henrico IV. sancienda secu-
rus cum ab Hibernis, qui religionis caus-
sa ab Elisabetha Angliæ Regina acriter
vexabantur, opem ferre jam dudum sol-
licitaretur, ipsiusque auxilia Hugo Ti-
rænæ Comes in tota hac insula non mo-
do opum abundantia, sed maxime fidei
orthodoxæ zelo clarissimus avide præ-
stolaretur, atque ex Hispana classe
ad hanc expeditionem parata nonnisi
paucæ naves anno priori ob tempestatum
ferociam appulissent, ideo Philippus
hoc anno novam classem instrui præce-
pit, quæ mense Octobri iter Hiberniam
versus instituit. Re comperta haud se-

*Rapin hist.
d' Angl. l. 17.
Spond. hoc
ann. n. 15.*

Q 3

gnius

Sæcul. XVI.
A C. 1597.

gnius Elisabetha viginti sex navium
classem sex armatorum millibus validam
adornari iussit, Essexiæ Comite in Ar-
chitalassum nominato, qui etiam Caro-
nium versus vela facere, ibidemque ho-
stilem militum delectum præpedire, si-
mulque Hispanam classem ex Indiis re-
vertentem apud insulas Azoras, seu Ter-
ceras intercipere meditabatur: verum
adversantis venti invidia, tempestatum
violentia, atque assidua comitem inter
& Rawleichium dissensione factum, ut
Anglica classis amissis pluribus navigiis
apud insulas Azoras exscensione facta
nonnisi exiguam prædam referret, om-
nique spe excideret diripiendæ Indicæ
Hispanorum classis, cum illa omnino
incolumis in Hispaniam perveniret,
quamvis Anglorum navigiis in patriam
re infecta revertentibus alia Hispanorum
classis in idem regnum ex Fariolæ porta
excurrere, atque Corisopoti exscendere
parata furentibus austris unacum Angli-
ca classe dissipata fuisset.

§. CX.

*Gilberti Genebrardi Acquensis Archi-
episcopi obitus.*

Thuan. 119.
pag. 816.

Aubert. Mi-
ra. Script.
Sæc. XVI.
Spond. n. 17.

Inter viros literis illustres, qui hoc anno
fatis functi sunt, ceteris celebrior est
Gilbertus Genebrardus Ricomagi in Al-
ver-